

IV.

*Edictum* est constitutio, qua Princeps motu proprio ad subditorum utilitatem aliquid edicit & constituit.

V.

*Mandatum* est constitutio, qua Princeps motu proprio certis personis in certo negotio aliquid mandat, idque vel *cum* vel *sine clausula justificatoria*.

VI.

*Rescriptum* est constitutio, qua Princeps consulentibus vel referentibus respondet.

VII.

Si enim *privatus* quidam Principis sententiam expetierit, tunc illa brevissimis verbis *annotari* solet; si *Judex* vel *Magistratus*; tunc Princeps voluntatem suam per *Epistolam*, cui preces supplicantis inseruntur, declarat; si denique *integrum* quoddam *Collegium*, tunc *sanctione pragmatice*,

ca,